


Theo

 BIBLIOTEKA UNIV. JAGELL. CRACOVENSIS	59989	Inst. Komp.
	III	Mag. St. Dr.

Fest. 4044.

*Expositione And. Aug. Quaestio theologica de es-  
sentia gratiae habitualis.*





IN NOMINE DOMINI, AMEN.

# QVÆSTIO THEOLOGICA,

DE

59989 III

## ESSENTIA GRATIÆ HABITVALIS.

Ex Prima Secundæ Q. 110. D. THOMÆ  
Aquinatis, Doctoris Angelici, & ex 2. Sent. Dist: 26. Q. 1.

ca

M. ANDREA AUGUSTINO  
CZYRZYCKOWICZ,

S. Theologiæ Licentiato & Professore, Col-  
lega Maiore, Ecclesiarum Collegiatarum, Sancti  
FLORIANI ad Cracoviam CANONICO, Neosan-  
decensis Primicerio, Contubernij Staringeliani

PROVISORE:

PRO

Doctoratu in S. Theologia obtinendo,  
Publicæ Disputationi

PROPOSITA.



IN

Lectorio DD. Theologorum,

Anno Domini 1698. Mense Augusto, Die 28. Horâ

CRACOVIAE, TYPIS VNIVERSITATIS.

M. M.

# Q V Æ S T I O

## T H E O L O G I C A,

D E

### Essentia Gratia Habitualis.

**V** Trum Gratia Habitualis, quæ est Qualitas Creatæ, Intrinsecè Inhærens Essentiæ Animæ, participans Naturam Divinam: non tantum Moraliter sed etiam Physicè seipsâ, nullo favore DEI Extrinsecò expectato; constituens hominem Filium DEI Adoptivum: possit de Absoluta DEI potentia compati secum, peccatum mortale in eadem Essentia animæ, nec ne?

#### C O N C L U S I O I.

**G** Ratia Habitualis, est Qualitas Creatæ Intrinsecè inhærens essentiæ animæ.

#### C O R O L L A R I A.

- I. *DEVS de Absoluta sua potentia potest diligere amore supernaturali aliquam Creaturam Dilectione sua non ponendo in ea aliquam bonitatem, & perfectionem, siue Actualem, siue Habitualem, sumendo amorem Divinum, pro benevolentia, quâ DEVS vult homini bonum supernaturale.*
- II. *Si tamen sumatur amor Divinus pro amore amicitia, tunc DEVS, etiam per Absolutam suam potentiam, non potest diligere amore supernaturali aliquem hominem, nisi eadem dilectione, produceret in eo aliquam bonitatem supernaturalem.*
- III. *Gratia Habitualis existens in homine, dat ei hunc Nobilissimum effectum, scilicet, esse gratum DEO, tanquam Obiectum Proportionatum Divinæ Dilectionis ex Natura sua, & sine Dependentiâ à libera DEI institutione.*
- IV. *Gratia Habitualis est Qualitas permanens, seu Habitus, & non Dispositio.*
- V. *Gratia Habitualis, est forma Entitativè supernaturalis.*

CON.

## CONCLUSIO II.

**G**Ratia Habitualis est participatio Naturæ Divinæ, non tantum Moralis, sed etiam Physica.

### COROLLARIA.

- I. *Gratia Sanctificans est participatio Formalis Naturæ Divinæ, & non solum Virtualis.*
- II. *Gratia Sanctificans est participatio Physica Naturæ Divinæ, etiam Formaliter, & Reduplicatiue sumpta.*
- III. *Gratia Sanctificans est participatio Naturæ Divinæ ut Natura est.*
- IV. *Gratia Sanctificans per se secundo est participatio Naturæ Divinæ, seu DEI, ut est Trinus in Persona.*
- V. *De Potentia Absoluta DEI, non possunt dari plures species Gratiæ Sanctificantis Essentialiter inter se diuersæ.*

## CONCLUSIO III.

**G**Ratia Habitualis seipsa, nullo favore DEI Extrinsecò expectato, constituit hominem Filium DEI Adoptivum.

### COROLLARIA.

- I. *Implicat Contradictionem esse Filium DEI, sine gratia Sanctificante.*
- II. *Divinitas Spiritus Sancti, Extrinsecè nobis unita, seu Assistens, non constituit Filium DEI, Adoptivum per modum Formæ.*
- III. *Adoptare Creaturam Rationalem in Filium, non est proprium alicui, ex Personis Divinis, sed Commune Tribus.*
- IV. *Homo Predestinatus existens in peccato mortali, pro eo, tempore, quo est in peccato, non est Filius DEI Adoptivus.*
- V. *Patres veteris Testamenti, in gratia Habituali existentes, verè fuerunt Filij DEI Adoptivi, licet non fuerint in statu Filiorum.*

## CONCLUSIO IV.

**G**Ratia Habitualis, non potest de Absoluta DEI potentia compati secum peccatum mortale, in eadem Essentia animæ.

### COROLLARIA.

- I. *Gratia Habitualis ab Essentia animæ, per se peccatum expellit.*
- II.

II. *Effectus Gratiae Habitualis seu Sanctificantis sunt reddere hominem Divinae Naturae consortem, subindeq; illum Filium DEI Adoptivum constituere, facere illum Obiectum Congruum Divinae Dilectionis, & Amicitiae, illiq; tribuere ius ad aeternam felicitatem.*

III. *Peccati mortalis tam Actualis, quam Habitualis Effectus sunt, destruere in homine participationem Naturae Divinae, reddere illum DEO exosum, & inimicum, privare illum Divina felicitate, & per consequens iure ad aeternam beatitudinem.*

IV. *Sicut habenti Rationalitatem, potest quidem de Absoluta DEI potentia deesse Risibilitas Actualis, non tamen inesse Hinnibilitas: ita homini habenti Gratiam Habitualem, possunt sortè deesse de Absoluta extraordinaria Potentia aliqui, ex recensitis effectibus, repugnat tamen, quod in eo sint Effectus peccati Privatiue vel contrariè illis oppositi.*

V. *Gratia Habitualis rectè sic Definitur. Est Qualitas Creaturae supernaturalis Intrinsecè inhaerens Essentiae animae à DEO data, per quam homo Sanctificatur, & efficitur consors Naturae Divinae, & Filius DEI Adoptivus.*

Ad Maiorem DEI Gloriam, Honoremq; Beatissimae Virginis MARIAE, & Omnium Sanctorum.



SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,  
*Magnifici, Perillustris, & Reverendissimi Domini,*

**D. M. SEBASTIANI PISKORSKI,**

**I. V. Doctoris & Professoris, Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis, & Vic  
lunensis Canonici, Archidiaconi SS. Omnium, Scholarum Novoduorsci-  
anarum Provisoris, Studij Almae Vniuersitatis Cracoviensis,  
Procancellarij, ac Generalis, & Vigilantissimi**

**R E C T O R I S.**



*J. XXII. 90*



Handwritten mark or signature, possibly a date or initials, located near the bottom center of the page.

A long, faint horizontal line of handwriting or a signature spanning across the bottom of the page.

A second line of faint handwriting or a signature located below the first line at the bottom of the page.



*Franklin*

~~Questi libri di scienze naturali~~

~~Erasmus Darwin's Poems~~